

1566. S. Cap. 11. 12.

EPISTOLA
CVIVSDAM
GERMANI IURIS.
CONSULTI,

AD

Carolum Molinæum Do-
ctorem & Aduocatum Ju-
ris peritissimum.

M. D. LXVI.

Case

F

39

326

1566

THE NEWBERRY
LIBRARY

1971

7-327
Epistola cuius-
DAM GERMA-

N I F U R I S C O N -
sulti, ad Carolum Molinæum do-
ctorem & aduocatum Iurisperitiss.

MAGNV M sanè dol-
lorem cepi (Carole Molinæ) ex literis quorum dā
amicorum, & crebris ser-
monibus multorum, quibus ad nos
perlatum fuit, & ipso iam rumore cō-
firmatum: te nescio qua animi indu-
ctione apologeticos, vel potius famosos
libellos in Ecclesiam, quam vocant re-
formatam, scripsisse: quin etiam typo-
graphis nuper excudendos tradisse. di
Iandudum vulgo audieram te aliquid
monstri alere, nec dum tamen mihi per
suaseram te monstrosum hunc partum
adhuc educare, quem statim egestum,
A. ij.

Supressumq; fuisse intimorum tuorum
hortatus sperabam: sed cùm intelligam
iterum, imò certò sciam hunc eundem
prodigiosum fætum aut alium multò
horridiorem ex te iam pridè parturien-
te propediem in lucem exiturum, simq;
imprimis (ut debo) pacis ecclesiasticæ
studiosissimus, & tui, nomine literarū
amantissimus, videāmq; tuum hoc in-
stitutum pessimi esse exempli, & non
paucos, graues eosdēmq; pios & do-
ctos viros in hoc non leuiter offendī,
maximeq; tuam vicem dolere. Equi-
de m nihil prius faciendū putauī quām
ut te summātim & amicē officij tui
admonerē, meāmq; sententiam (quoad
nunc licet per otium) liberē & fideli-
tere xplicarē. Enīmuero, (Molinæ)
quoniam ita seres habet, satis mirari
non possum te qui alijs cauere soles tam
incautē non tantū à te ipso, sed a ma-
lis quibusdam genijs & syncophantis
deceptum

deceptum fuisse, ut nullo modo prospere
xeris quorsum hoc tuum consilium pro-
grediatur, & tandem euadat, nisi te
actui similes Deus Opti. Max. res-
pexerit. Non desunt qui existiment, i-
mò affirment te partim impotentia im-
petuque animi, partim philautia &
simultate, aut precio precibúsque eò im-
pulsus fuisse, ut virus acerbitalis tuæ
euomeres. Plerique omnes hoc totum
vñā verum esse & credunt & dicti-
tant: atque ut ego cum illis breuiter
& ingenuè dicam quod sentio, qui te
penitus norunt, & tua negotia fami-
iliariter gesserunt, vix audeant negare
te tam iniquo animo tulisse censuram
tuorum errorum à Ministris Geneue-
sibus & Gallicis factam, ut ex eo tem-
pore conspirare, & aliquid in eos ex
insidijs moliri, denique in totius Ec-
clesiae reformatæ perniciem iurare non
destiteris, iracundiāq; veritati & ad-

monitionibus amicorum præposueris.
Ad hanc demum impatientiam & ul-
ciscendi libidinem immoderatam ac-
cessit importuna quorumdam politico-
rum (si Deo placet) sollicitatio, qui te
iam incensum vehementius inflamma-
runt, & in hunc usque diem instigare
ac urgere non cessarunt donec te om-
nino labefactarint, & cum secretori-
bus commentarijs quos abs te iam diu
callide impetrarunt, denuò apolo-
gias istas extorserint, quibus te ridendum
omnibus propinent, & Ecclesiam re-
stitutam, quo ad fieri potest, in periculū
adducere, aut saltem calumnijs subi-
re conentur. Ehodum (bone vir) quæ
hæc recordia est? quò te is perditum?
cui liti ultro ac imprudente te offers?
quibus negotium facessere, aut à qui-
bus gratiam hac via inire cogitas?
quam tu sectam aut schisma ipse medi-
taris? quónam scelere te ipsum obligas?

adeōne tui es immemor, ut non putas
hoc facinus magnum ac memorabile ti
bi potius infamiae & dedecori, quam
laudi futurum? aut demūn non impu-
nē abiturum? Etenim cūm à ceremo-
nijs nouæ ecclesiæ Romanæ abhorreas,
& abstineas, eiūsq; sacra, idololatriā
papisticam passim & ubiq; appelles,
conciliorum, decretorumque Romano-
rum autoritatem conuellas, & pessū
des sedem Romanam, imò ipsam Ro-
manam omnibus machinis hostiliter op-
pugnes: Cūm aliquando ecclesiæ reno-
uatæ sedulò te adiunxeris, in ea Cœnā
Dominicam manducaris, cœtus illius
palam & publicè frequens obieris, in
eius gratiam dicti Ianuarij comproba-
tionem audiissimè postulaueris, eiūsq;
politiam & ordinem tantoperè sis ad-
miratus priusquam tua peccata velut
censoria nota animaduceretis? Quid
plura? cūm etiam nunc vestigia Mini

strorum utcumque sequaris, eorumque
ri ~~titus~~ seruare studeas, quando tu tibi
intus canens contra œconomiam sta-
tumque ecclesiasticum personam pa-
storis & doctoris priuatim & arrogā-
tersumis, sine (ut alij loquuntur) quā-
do utriusque personæ simiā agis. Quo
ore, quæsō, eis operam tuam locabis,
quorum facta & opiniones non modo
arguis, sed aperte & scripto & voce
damnas, qui tamen contra te pro suis
suggestis & concionibus quotidie
modo pistrinum ventilatum & muta-
bile, modo rabulam forensem, leguleū
inanem, fœdfragum ac fidefragum
vociferantur & clamitant, omnibus
horis & locis inuidiosè te tuaque scri-
cu pta traduxit, & illudunt? Quo,in-
quam, ore eiusmodi hominibus prophâ-
nis mercenariū præconium vēditabis?
Qua vero fronte, obsecrò, in eos insur-
ges & inueheris, qui suam religionem
omniū

omnium optimam & antiquissimam
cuius facilè probabunt, & quam tu
ipse merito improbare nequeas, eoque
amplius, quam tu ipse quoquo modo
hodierno die apud te profiteris? Ec-
quod de te iudicium virorum docto-
rum ex tam varijs contrarijs, aut cer-
tè repugnantibus factis consecuturum
putas? Quid inter alias gentes Ger-
mania, quid Francia de Carolo Moli
naeo Franciæ & Germaniæ Iuriscon-
sulto sentiet? Siquidem ex eodem o-
re calidum & frigidum efflas, aliud
stans, aliud sedens loqueris? Quid
(amabò) collegæ tui, ac potissimum
illi quibus non ita pridem quasi sacra-
mento adactus sancte pernegabas te
ab Ecclesia reformata usquam descen-
uisse, aut patrocinium papismi ullo
modo suscepisse, quem tantopere dete-
staris, ut predicas? Quid præterea o-
ptimi quiq; de te suspicabuntur, si aliud

B. j.

in ore, aliud in pectore geras, et altera manu lapidem feras, altera panem ostentes? Quid clientes ab eo patrono expectabunt, qui modo harum, modo illarum partium sit, fidemque pollicitationibus et commonitionibus animi addictam habeat, neque sibi in rebus tam seruis satis constet? An non vides quae futura sit omnium forensium querela huius accusationis tuae? Ne scis porro interea dum tibi tam citiore verba dari finis, tibique nimium hoc modo indulges et somnia fingis, quantam fenestram improbis hominibus ad nequitiam patefacias, qui et te, et religionem ludificandi, et tanquam sui iuris iniqui male consciij, aliquod schisma in Ecclesia Dei renascente, malis artibus excitandi undique causam querunt? Si plane verum est quod de te circumfertur, profecto tibi a te ipso valde timeo, ac vereor ne quisquam

quam te ferat amplius: si utroque pe-
de, ut cœpisti, clādicare, duabūsq; sel-
lis sedere pergas, nisi rebus adhuc inte-
gris oportunē resipiscas, consiliūmque,
et factum primo quoque die mutes,
ac quam tu tibi ipse infamiam inuris,
prudenter ac subito sarcias. Nemini
dubium est, quin apud omnes tā malē
audias, ut non tantū in malam su-
spicionem arrogantiae et ambitionis,
auaritiae et leuitatis, verūm etiam in
graue crimē præuaricationis et malae
fidei(ne dicam impietatis) misere ac
turpiter incidas, pœnāmque apostatæ
et schismatico iurē debitam, in poste-
rum persoluas. Utinam tamen ita
de te ultrō supplicium sumas, et ad
te redeas, ut hæc prædictio falsa omni-
no futura sit. At institui (inquieres) Mi-
nistrorum iuuenīum fraudem detege-
re, meāsque opiniones aduersus certo-
rum hominum ignorantiam defende-

B. ij.

re, atque hæc est mei instituti summa.

Age verò (Molinæe) faciamus in te seuerius quidem à nonnullis inquisitum: adde, si vis, tecum summo iure actum fuisse. Siccine tamen in nugis tragædias agere, & in ipsam religionem reformatam stomachum erumpere? siccine manibus pedibúsq; obnixè omnia facere, mare cælo miscere, ut te ipsum quovis modo ulciscaris? Nominibus commutatis & adumbratis, personisque aliorum interpositis, ac tuo libro in fraudem & perniciem præpositis, quantum voles turpitudinem tuam prætextes, attamen mala mens malisque animus ex in tuis mordacibus & inuectis actionibus satis apparebit. Vtrum zelus an scelus fuerit ita sine iudicio & delectu in mores & disciplinam Ministrorum tibi ne quidem defaciè notorum, scolasticè & pueriliter declarare

mare

mare, aut aliorum arbitratu quo iare
quaque iniuria debāchari, multa
maledicti & contumeliæ loco ponere,
noua crimina in eos comminisci &
exprobrare, illorum recte facta ma-
litiose detorquere, & quasi nouum o-
pus eis nuntiare, aut certe eorum lu-
minibus officere? *Vtrum*, inquam,
hoc sit bonū oratorem & theologum,
an potius vanum sophistam & theo-
logastrum agere; videbunt & iudi-
cabunt sapientes. Ego vero, cum hæc
ita sint, maximè dubitem quo pacto
facile à tam graui scelere possis expia-
ri, nec unquam putem tuum hoc fa-
ctum à bonis in bonam partem posse
accipi. Siquid enim habebas quod
cum Ministris expositulares, aut quod
in illis illorūm ve ministerio reprehen-
deres aut desiderares, id totum prius
cum Ecclesia communicatum oportuit
aut moderatè consulto & Christia-

nè negotium hoc fide bona transigen-
dum fuit, ut ex fiduciæ formula inter
bonos benè agier. Quod si censores
tuos alia qualibet via aggredi, quam
contumeliosè & insolenter exagitare
aut contumelijs opprimere maluisses,
eosque non ut hostes, sed ut aduersa-
rios modestè & leniter tractare: si de
facto ipso diligenter & mature quæ-
suisses, nec tam temerè & leuiter
tuis percontatoribus & corycæis cre-
didisses, Ministri rationem suarum
disquisitionum & animaduersionum
ita tibi reddidissent, atque adeò satis-
fecissent, ut non modò nullam occasio-
nem de illis conquerendi, & tecum
stomachandi, sed iustum tui ipsius ac-
cusandi, euāque scripta retractandi
causam tibi relictam fuisse animad-
uertisses, & posthac fortasse cogeris
necessariò confiteri. Sed dum præpo-
sterè & turbulenter omnia geris, ius

ex iniuria facis, clausis oculis pugnas,
tuo more & ingenio viuis: usque a-
deò morosus es ac difficilis, ut neminē
in colloquium, nedum in consilium ad-
hibeas, præter quosdam emissarios &
adulatores tuos qui tecum eodem ani-
mi morbo laborant, tuaque ætate &
doctrina in aliorum iacturam aut per
niciem abutuntur. Quandiu ita tui
arbitrij, & te uno contentus fueris,
ut totam Ecclesiam præteipso contem-
nas: valde, ita me Deus amet, tibi
caendum est ne citò in horrendum
Dei iudicium incurras, quale illi solent
sæpius experiri, qui voluntarie in spiri-
tum sanctum peccant, & ita postremum
tuæ fabulæ actum miserabiliter clau-
das, tuumque hoc ultimum tanquam
Achitophelis consilium consultori
peñsum futurum sit. Non est
enim sapientia, non est prudentia
aut consilium aduersus Dominum,

qui huiusmodi Cemeiticas & Balaa-
micas imprecationes ferè in usum
sui populi, & in caput atque exi-
tium ipsius authoris & impreca-
toris solet conuertere. Ministri au-
tem ecclesiæ reformatæ non tantum
sibi tribuunt quantum tu tibi arrogas,
ut se vel Deos, vel Angelos existi-
ment: homines se esse agnoscunt, hu-
mani à se nihil alienum putant, ut re-
fellere sine pertinacia, ita refelli sine
iracundia parati sunt, atque etiam
utilitatem ex inimicis ipsis capere no-
runt. At humanitatis & religionis
ratio postulabat, ut eos humaniter &
religiose commonefaceres, atque ex
præscripto verbi Dei conuinceres, aut
te ab eis argui, admoneri, cōuinci faci
lē patereris. Quāquā, etiā si vera esset
quaē in illorum collegiū nimis impuden-
ter & malitiose iactas, par pari referre
possunt,

possunt, quòd te vicissim remordeat,
atque urat, si tuis te coloribus vellent
pingere: Actibi de multis illa merito
reponerent ædibus in nostris quæ pra-
ua aut recta gerantur: Item hæc alia,
Ejice prius trabem ex oculo, &c. Con-
ueniet nulli qui secum dissidet ipse Im-
pedit ira animum, &c. Quo teneam
vultu, &c. Turpè referre pedem, &c.
Video meliora, proboque: deteriora se-
quor, &c. Cætera nosti quæ mihi in
mentem veniunt, & in hanc senten-
tiam commodè afferri possent, nisi ea
longius commemorare, & pigeret &
puderet: ^{vis} qui sciens ac lubens prætermit-
to, ut tuo pudori tantisper ipse parcā,
dum te huius institutæ declamationis
& invectionis pœnitentiat. Verum quo-
niam res ipsa loquitur, & falsa, ficta
que sunt omnia maledicta & conui-
tia, quæ simulatione virtutis in Mini-
strorum cætum audacter ac impiè con-

C. j.

geris & coniçis, ut facile erit demon-
strare, satis habent ipsi quod tuis obie-
ctionibus & calumnijs respondeant,
& quo pacto suam non tantum doctrinam
& disciplinam asserant, sed in-
nocentiam ipsam coram æquis indici-
bus tueantur ac sustineant: ipsaque de-
fensio perse necessarijs rationibus &
argumentis nititur: maledictis certa-
re nec placet, nec opus est. Scito tibi
rem esse non solum cum Ministris iu-
uenibus Gallis qui ante pilos sapiunt,
& mature senes facti sunt: sed etiam
cum plurimis omnium nationum &
ordinum viris, & senibus maxime re-
ligiosis ac eruditis, qui sunt eiusdem
confessionis ac fidei, quos tamen om-
nes & simul eodem libello in idem iu-
dicium & discrimen ambitiosè & pe-
tulanter adducere conaris. Sed de
hīs hactenus, ne longior sim quā puta-
bam, & quām epistolæ ratio exigit,

ne

néve illi palmam videar præripere,
qui Ministrorum partes omnino de-
fendere, litem suam facere, te tuo gla-
dio iugulare constituit, qui que bellas
apologias tuas sigillatim & subtiliter
excutiet, cùm primùm operi tanquam
fastigium imposueris, & in manus no-
strorum integræ peruererint: tantum
abest ut Ministri rebus suis diffidant,
aut multū à te sibi metuant. Hoc tan-
tum moneo, & hortorne Camarinam
moueas, aut contra stimulum calces,
periculo Ecebolijsophistæ, aliorumque
desertorum fidei exemplo sapias, alio-
rum insania fruaris, quam maxime
noris artem in hac te exerceas, tāti de-
lictii veniam à Deo tempestiue petas,
atque mox cum illis, quibus iniquè, ne
dicam nefariè maledicis, in gratiam
redeas.

Postremò, hanc cohortationem
C. ij.

festinanter & defunctorie scriptam,
æquii bonique facias. Faxit Deus
ut tibi sit mens sana in corpore sano.

Bene vale.



THE
NEWBERRY
LIBRARY